



Per.
Lat
020

Lateinische Jugendzeitschrift. Latin ifjúsági folyóirat. Revue latine de la jeunesse
Laptulajdonos: Katolikus Középiskolai Tanáregyesület. — Sumptibus Societatis Magistrorum Catho-
licorum Mediarum Scholarum Hungariae. — (Praeses: Dr. Andreas Zibolen elnök.)

Administrator (felelős kiadó — Geschäftsstelle — admi-
nistration), ad quem pecuniae dirigantur: ALEXANDER
REGÉNYI, Budapest, XI., Fehérvarú-út 18. (tel.: 269-057).

Moderator (felelős szerkesztő — Schriftleitung — rédaction)
ad quem manuscripta mittantur: JOSEPHUS WAGNER DR.
Budapest, XI., Lágymányosi-utca 20. IV. 6. (tel.: 468-099)

Megjelenik minden hónap 20-án. — Prodit singulis mensibus die 20. Preium subnotationis an. 1942—43: 3 pengoe, extra Hungariam 4 pengoe. Nummaria chartula (vulgo: chéque) postal is Hungaria: 57.292. Subnotatores earum gentium, unde pecuniarum transmissio impeditur, utantur schidulus «Coupon réponse internationale» appellatis, quarum si quis decem in epistola ad administratorem mittit, preium annum solvit.

De festis trisaecularibus Ordinis Scholarum Piarum in Hungaria. ⁽²⁾

At liceat et mihi aliquos saltem e pluribus nominare maxime egregios: *Nicolaum Rovai*, celeberrimum illum grammaticum, auctorem primae grammaticae historico-comparativae, *Christophorum Simai*, *Stephanum Pallya*, illustres scriptores tragœdiarum scholasticarum, necnon *Andream Dugonics*, auctorem «Etelka», primae fabulae¹² Romanensis¹³ lingua Hungarica conscriptae. Litterarum vero Romanorum ipsiusque linguae Latinae quanto excelluerint studio, illustrant fere innumera carmina Latina ab iis conscripta, demonstrat etiam ipsa, quam legis «Iuventus», quippe cuius condendae auctor, *Antonius Prónai* ex illorum gremio prodierit. Easdem autem Scholas Pias minime putas negligentes fuisse in vita publica Hungarorum promovenda vel perficienda.¹³ Patres, praecursores «Actionis Catholicae» iam saeculo praeterito animadverterunt haud parvum emolumentum ex hominibus in diversa sodalicia¹⁴ catholica collectis rei publicae Christianae esse futurum. Quo factum est, ut *Adolphus Szabóky* «Sodalicia Iuvenum Operariorum¹⁵ Catholicorum». *Ioannes Trautwein* «Sodalicia Altaris», *Emericus Lévay* vero «Corculum Catholicum» considerint. In diversis patriae

vicissitudinibus Scholae Piae nihil antiquius¹⁶ habuere, quam communia cum eā¹⁷ fata subisse. Temporibus, cum dilecta Hungarum patria in duram servitutem redacta vitā et sanguine libertatem erat recuperatura, sodales Ordinis in prima acie conspiceres dimicantes. *Emerici Erd* si, herois pugnae ad Branyiszkó, qui antesignanus manipuli falcati¹⁸ hostibus irruentibus cruciferā obstitit virtute, sufficiat hic meminisse. Deinde cum regnum S. Stephani tam inhumane erat disiectum, quisnam poterat melius compati patrie doloribus, quam iidem patres Scholarum Piarum, quippe quibus decem tantum e viginti quattuor remansissent domibus! Sed compassi aliquando et congaudebunt. Quo evenit, ut novissimis annis etiam Scholae Piae maximo cum gaudio acceperint conditionem patriae gradatim in melius mutatam, non solum quia communis patria aliquam saltem partem territorii iniuste abrepti recuperavit,



Novum aedificium Scholarum Piarum Budapestini et monum-
natum rotundum Elisabethae reginae

¹² regény = Roman = roman ¹³ tökéletesít = vervollkommen = perfectionner
¹⁴ egyesület = Verein = société ¹⁵ munkás = Arbeiter = ouvrier ¹⁶ fontosabb = wichtiger = plus important ¹⁷ patria ¹⁸ kaszás = Sensenträger = armé de faux



sed etiam propter tres domos scholasque in gremium ordinis receptas. Nuperrime vero quantum putas Scholarum Piarum fuisse laetitiam, cum fundata nova domus Theresiopolitana,¹⁹ bonum omen futurorum saeculorum, ea quae praeteriere, suo quodam sacro sigillo obsignavit!

O antiquam domum Podolinensem! Quisnam tibi praedixerit fore, ut post trecentos annos 14 gymnasia, una schola media pro commerciis cum septem convictibus et sex milibus alumnorum te sequerentur fundatam, tui recordarentur, tibi benedicerent.²⁰

Ihis auspiciis et progressibus factum est, ut Scholae Piae Hungaricae ad haec, quae nunc aguntur, sollemnia pervenirent trisaecularia. Qua occasione praetoritorum piâ veneratione et humili superbiâ recordatae²¹ praeSENTIA temporum officia forti et qua fieri potest sapientissimo exsequuntur animo, vigilique curâ iam totae²² ex futuro pendentes supplicibus saeculorum Dominum rogant genibus, ut «bona iam peractis iugant fata». (Hor. Carm. saec.)

Georgius Suntha Sch. P.



Lul. Kossuth inter discipu'os Scholarum Piarum asciscitur (Pictura Emanuelis Petrai ovszky in refectorio Sátoraljaújhelyensi)

¹⁹ in urbe Szabadka ²⁰ Scholae Piae gymnasia habent, Budapestini, Szegedini, Dehrecini, Theresiopoli (Szabadka), A gopoli (Kecskemét), Claudiopoli (Kolozsvár), Vesprinii, Vacii, Canisiae, Magno-Carolini, Sigethini et in oppidis Tata, Sátoraljaújhely, Mosonmagyaróvár, scholam medium vero ²¹ commerciis Debrecini. ²² subiectum : Scholae Piae

Theoprobus post vitam dissolutam ad Deum conversus monasterium intrat.⁽²⁾

Narrationis Frideczkyanae, quae «Roma aeterna» inscribitur (vi'e recen ionem libri pag 71: m. Maii) extrema particula. In Latinum converlit Carolus Acs Bp.

Campanella¹⁴ aedis ad Vesperam tinnivit.¹⁵ Benedictus agnum amplexus amissum ad aedem duxit. Inter columnas, per quarum ordinem modo pagani¹⁶ veteres Romae deos adoratum ventibant, nunc multo alias ordo Theoprobo spectante in aedem ingressus est. Elingues,¹⁷ nigrae species¹⁸ virorum, qui manibus compressis capitibus demissis duplice ordine per porticum in aedem euntes ante Deum in genua procubuerunt. Veluti caterva nigrorum corvorum, qui horridam septentrionalem brumam¹⁹ fugientes in regionibus australibus in nigris catervis in nivem se demittunt, sic monachi

aedis album lapidem complevit, sed cum corvi cum clangore²⁰ et clamore circumvolitant, monachorum ordo mutus, taciturnus in pavimento²¹ genibus subnixus est.

Benedictus abbas vix inter monachorum ordinem ad altare processerat et organum²² intonuerat, cum uterque ordo subito emicanti clamore surrexit. Virorum senum vultus dolore et cruciatu, quo se ipsi affecerunt, vieti²³ et duri, in quibus hodierni diei labor et languor eminuit, et vultus iuvenum pleno sanguine rubentes, in quibus ardor animi et iubilatio²⁴ coram Deo refulserunt, hic inter ordines commixti sunt. Cantus, velut procellosi fluctus, ad expugnandam Dei misericordiam coelum verberavit. Theoprobo ordines circumspectant obiectus est illius temporis, cum res Romanae maxime florerent, senatus cum gravissima maiestate, qualis quandam Pyrrho senatum cum regum coetu²⁵ comparanti visus erat, atque astitit ei Camillus cum vultu sereno et tranquillo, qui urbem Romanam rebus misere afflictis ex ima vastitate exerat.

Finis sequetur.

¹⁴ kisharang = Glöckchen = clochette ¹⁵ csilingelt = bimmelte = tinter ¹⁶ pogányok = Heiden = païens ¹⁷ hangtalan = autlos = muet ¹⁸ alakok = Gestalten = extérieur ¹⁹ tél = Winter = hiver ²⁰ károgás = Ge-kreisch = bruit éclatant ²¹ kövezet = Estrich = pavé ²² orgona = Orgel = orgue ²³ ványadt = schlaff = flétri ²⁴ ujjongás = Jauchzen = jubilation ²⁵ gyülekezet = Versammlung = assemblée ²⁶ pusztítás = Zerstörung = ravage

De constantia Demosthenis.

Demosthenes nondum octo annos natus erat, cum parentes eius mortui sunt. Demosthenem igitur tutores educabant perfidi, qui paternam hereditatem pupilli¹ dissipaverunt. Tutores accusati nunquam condemnati sunt, quia Demosthenes causam suam apud iudices defendere non poterat: ineptissime² enim dicebat.

Quondam Callistratum, summum oratorem, dicere audivit. Tum constituit orator optimus fieri. Diligentissime discebat: in philosophia Platone, in rhetorica Isaeo utebatur magistris. Sed experimenta eius oratoria ad³ irritum³ ceciderunt:³ ab omnibus, qui eum audiebant, irrisus est. Postremo cum quodam actore⁴ amicitiam iunxit. Ab eo multa exempla accepit artificiose dicendi. Nunc ingenti constanti aggressus est sua vitia in dicendo exuere. Saepè in litore sedebat, ut voce suâ fluctuum murmura superaret. Montem ascendebat orationem declamans, ut spiritus longiores ducere posset. In ore lapis ponebat eoque modo perspicue⁵ loqui studebat. Ante speculum⁶ stans se in aptis motibus corporis exercebat.

Sic constanti animo paulatim orator celebrimus evasit, qui orationibus, quae dicuntur Philippiae, habitis claritudine rhetores omnium temporum praecellebat.

Arnoldus Pányi (Cassovia).

¹ gyámfű = Mündel = pupille ² ügyetlenül = ungeschickt = maladroitement ³ kudarcot vall = misslingen = ne réussit pas ⁴ színesz = Schauspieler = acteur ⁵ érthetően = deutlich = clairement ⁶ tükr = Spiegel = miroir

De speculatoribus.

(2)

Narratiunculae tempori aptae. Convertit: J. Guelmino Bp.

2. Quomodo Schulmeister aeta¹ militaria secreta ad Napoleonem pertulerit. Napoleon I Imperator plurimos speculatoros habuit, quibus cooperantibus — ut ipse saepe confitebatur — optimum eventum³ rerum³ habuit.


Clarissimus speculatorum illius temporis Schulmeister habebatur, qui propter mandata optime perfecta⁴ nomine Speculator grandis nominatus est. Merito nominabatur, quia saepissime introiit non solum urbes hostiles, sed etiam officia,⁵ immo et castra quoque militaria. Ne autem cognosceretur, persecutoresque latere posset, speciem semper mutavit. Nam modo ut monachus⁶ pius, modo rusticus imbecillus⁷ apparuit et ita lineamenta⁸ oris⁹ formare et adulterare⁹ sciebat, ut ne ab amicis quidem cognosceretur. Hac praeditus arte in castra hostilia ita irrepit¹⁰, ut nemo suspicatur¹¹, quis esset.

Amicum fidissimum caniculum¹² habuit. Aliando veste sacerdotali induitus cum hoc caniculo castra hostium introiit, ut inde cum quibusdam actis militaribus secretis ad Napoleonem rediret. Optime autem sciebat quemcunque ex castris exeuntem excuti.¹³ Secum tulit igitur pellem quoque caninam et actis illis iam potitus, pellem cani suo induit ita, ut illa pellis huius canis esse videretur, et domum iturus acta intra pellem indutam abdidit. Et quia nemo etiam hanc bestiolam percutandam esse censuit, fraus optime evenit et literae ad Napoleonem pervenerunt.

¹ okmányok = Urkunden = documents ² együtt működni = mitarbeiten = collaborate ³ siker = Erfolg = success ⁴ elintéz = ausrichten = s'acquitter ⁵ hivatal = Amt = office ⁶ szerzetes = Mönch = moine ⁷ félkégyelmű = geistig schwach = imbécile ⁸ arcvonás = Gesichtszug = trait de visage ⁹ meghamisít = fälschen = falsifier ¹⁰ becsúszik = sich einschleichen = se glisser ¹¹ gyanít = ahnen = soupçonner ¹² kis kutya = Hündchen = petit chien ¹³ megmotoz = durchsuchen = fouiller

Nuntii recentissimi.

De Zoltano Kodály sexagenario.¹ Dies natalis 60-us auctoris musici Hungariae notissimi, Zoltani Kodály nuper celebratus est. Zoltanus Kodály Aegopoli² natus studiis mediae scholae absolutus




Zoltanus Kodály


diploma magistri gymn. et philosophiae doctoris adeptus est. Mox in Academia Artis Musicae disciplinam³ modos³ faciendi³ condidicit. Una cum Adalberto Bartók, et ipso modorum artifice, Academiae Scientiarum Hungaricae iussu optima carminum popularium Hungaricorum phonographo modisque mandavit atque etiam in libro edidit. Pluribus praeterea dissertationibus indagationes⁴ suas de cultura populari Hungarica pertractavit. Perdiu etiam in Academia Artis Musicae tirones modos facere docebat, et sic multi hodiernorum musicorum a Zoltano Kodály erudi sunt. Inter officia multiplicita Zoltanus Kodály etiam operibus musicis auditu iucundissimis componendis vacuvit. Duo opera eius scenica nota sunt: «Inter quasilla⁵ Sicularum»,⁶ praeterea Ionnus Háry. Symphoniae notissimae ab ipso compositae sunt «Psalmus Hungaricus» (Latina est inscriptio), et Hymnus⁷ Ambrosianus⁷ ab Arce Buda nuncupatus, quae etiam extra Hungariam magno applausu ab auditoribus accipiuntur. Artifex musicus noster toto orbe terrarum notus «grande mortalis aevi spatium»⁸ perficiens iure meritoque gratulationibus totius Hungariae ambitus est. Ad multos annos!

A. Weber disc. Sch. P. Bp.

¹ sexaginta annos nato ² vulgo: Kecskemét ³ zeneszerzés = Komposition = composition ⁴ kutatás = Forschung = recherche ⁵ a fonóban = in der Spinnstube = cercle de fileuses ⁶ székely = Szekler = Sicule ⁷ vulgo: Te Deum ⁸ Tacitus Agricola c. III



Templum in Russia, in quo centrum electricum collocatum est. Bolsevistae enim athei sunt.



Pictura minor medii aevi «miniatur» nominata res gestas
S-i Ladislai regis ante oculos ponens.

De Columbo (1492—1942). Ante 450 annos, a. d. IV. Idus Octobres, conspexit unus ex nautis Columbi terram iam cupidissime exspectatam. Nauta ceteros statim certiores fecit de nuntio laeto clamans: «Terra!... Terra!!» Hoc erat idem momentum, quo Columbus Americanam repperit.

Sub¹ luce Columbus appellit² et terram in nomine regis Hispaniae occupat. Mox insulae hoc nomen dat: San Salvador.³ Terra non magna, una erat ex insulis Bahama. Sed non Columbus primus repperit Americanam, quae iam antea reperta erat. Nautae iam temporibus Romanorum fuisse dicuntur, trans «mare magnum» transmissi. Erant et missionarii, religionem christianam propagaturi, et praedones maritimi, qui «mare magnum» pererrabant. Praeterea tabulae⁴ antiquae probant⁵ populis septentrionalibus, praecipue Norvegicis litora Canadæ et Grönland non ignota fuisse.

Quae cum ita sint, nonnulli libenter privant Columbum gloria repertori debita.⁶ Attamen reperiorum Americae Columbus est. Non est dubium, quin iam multi ante Columbum in America aut forte, aut consulto, perseverent, quo ipse nunquam gressus est. Sed hi non ideo adibant, quapropter Columbus, qui auxilio suae reginae, Mariae, prefectus est, ut terram novam subigeret.⁷

Bela Árkosi disc. Cisterc. Bp.

Annus 750-us canonizationis³ Ladislal, regis Hungariae, de genere Árpádorum, hoc anno celebratus est. Et nuper in urbe Magno-Váradino, ubi ossa sancti regis in aede cathedrali ab ipso condita quiescunt, memoria eius «diebus Culturae» qui dicuntur mirifice renovata est. Historiae rerum

mirabilium ab eo gestarum iam rege vivente ortae sunt, quae magna ex parte ad bella paganis illata pertinent. Apud sepulcrum eius multa miracibia evenerunt. Nomen eius appellationibus vicorum monnnullorum etiam hodie repetitur ac, etsi tempora munimentaque honori eius per saecula aedificata, ex quo Turcae in Hungariam irruerunt, sive ruinae seu materiae tantum fabularum remanserunt, memoria huius potentis magnique regis omnia per tempora a populo colebatur et observabatur. Sic annus quoque 700-us canonizationis eius a. d. III. Kal. Iul. 1892. splendore magnifico celebratus est. Ars et litterae, poesis moresque populi usque ad hunc diem conservant memoriam illius, qui «bello magnus, pace maior, religione maximus» nominatur.

Rob. Frankl disc. Mátyásföldiensis.

¹ tájt = gegen = vers ² kiköt = landen = aborden
³ Sanctus Salvator ⁴ térkép = Landkarte = carte géographique
⁵ hihetővé tesz = glaubhaft machen = prouver
⁶ megillető = gebührend = qui lui est dû ⁷ meghódít = unterjochen = conquérir ⁸ szenttéavatás = Heiligsprechung = canonisation

Civitas fidelissima haud mediocrem diem festum egit: inaugurata est Aedes Culturae Hungaricae. Aedificium antea locus conventiculorum erat. Sollemitatibus trium dierum etiam Josephus Varga dr. et Stephanus Antal dr. ministri interfuerunt. Eo triduo omnes scholae Scarabantiae partes agebant dictionibus, fabulis, saltationibus, canticis. Speramus hanc domum sedem perpetuam culturae nostrae fore.

Clara Komlós disc. Ursulani Scarab.

Lad. Mécs: Symphonia Hungarica.

1. *Sicut flumen in medio aestu maris calefactum alicunde abit luce et radiis solis actum, rigorem septentrionis australibus mollit somnis, et calore alti amnis mire floret tellus omnis:*
2. *Sic abiit fluctu maris populorum gens Hungara imbri calefacta Dei oscularum, pulchra, clara, solis ortu ad occasum cum venit ad Danuvium, viros fortes inspiratos sanctos tulit millennium.*
3. *Fabulose inspirantur Arpadorum saecla tria, forsitan primi Christiani senserunt tam heroica, quando Jesus manu data et accepta adimplevit lucem fidei, et nondum vox caelestis obsolevit.*
4. *Arpadorum tria saecla! Iuvat corde admirari, verbo, oculis plorare — sed non licet hic morari: Andreas, ultimus ramus etsi fractus est Arpadi, Gens vivit et sic oscula Dei mundo possunt tradi.*
5. *Hungara sors adhuc fervet fluctu maris populorum, et qua sonat per tempora, crescent affatim virorum clari vates, artifices, fortes, sancti, doctae mentes historiam Europaeam decorantes et canentes.*

Convertit: J. Wagner

Nuntii bellici. Quia duces Francorum Darlan et alii Americanis Britannisque in Algeria Mauretanicae non resistunt, immo foedere cum iis facto se esse veros defensores Galliae dicunt, Itali Germanique totam oram maritimam meridionalem Galliae occupaverunt, et copiis in regnum Tunitanum transvectis Americanos adhuc impedire potuerunt, quominus longius procederent. Quare Churchill primus ex ministris Britanniae ira incensus impetu pyrobolorum¹ continuo Italos cogere vult, ut pacem petant. Pervastatae urbes, ruinae templorum et aliorum aedificiorum cum antiquitate, tum etiam arte et pretio affectionis sanctorum Summum² quoque Pontificem² contrastavereunt.

¹ bomba = Bomba = bombe ² Papam

Lectoribus sociis amicisque nostris pro temporibus periculosis dies festos Christi nati felices et faustos, deinde novum annum beatum et paciferum, hoc exeunti anno 1942-o quietiorem, precamur.

Quomodo Rogerius nativitatem Christi¹ celebraverit. Anno 1241-o Tartarici regnum Hungariae devastaverunt. In regione devastata quinque viri errabant. Solae domus accensae in nocte lucebant. Pater Rogerius cum quattuor comitibus inter rui nas caute ibat, dum in valle reducta² Hungaros invenerunt, qui festum Christi celebrare parantes Rogerium sociosque magno cum gaudio salutaverunt. Antrum foliis pineis ornatum erat. In medio antro stabulum parvum stabat. Homines de ligno candido praesaepe³ sculpebant, et feno⁴ compleentes Christum parvum imposuerunt. Jesus vultum roseum, oculos caeruleos, capillum pullum⁵ habebat et brachia tendens hominibus subridebat. Hungari ab Rogerio petiverunt, ut caerimonia sollemni sacra faceret. Rogerius verbis commotis homines miserrimos ad concordiam adhortans his verbis consolatus est: «Deus, patria et labor.»

Agnes Salamon disc. Angelani Bp.

¹ Karácsony = Weihnachten = Noel ² félreeső = entlegen = écarté ³ jászol = Krippe = crèche ⁴ széna = Heu = foin ⁵ (sötét)barna = (dunkel)braun = brun (foncé)



Familia Sancta (opus pictoris ignoti Flandrensis).

Jesule miselle.

(Carmen Polonicum Jezu malusiéni)

Latine redditum Rud. Nowowiejski (Vilnae).

Jesule miselle,
Egens pannis telae,
Fles, cum non matercula te
Molli velet pelle.

Nam egena gemit,
Texta fronte demit:
Quibus Proles involuta
Foeno gelu tremit.

Cunarum pulvilli
Molles desunt illi:
In praesepi est reposum
Caput foeno vili.

Ex amore puro
Stabulo obscuero
Ac labante vagit Infans
In praesepi duro.

Mater flens amare
Coepit trepidare:
Non voluntas mea fiat,
Tua, Fili care!

Sine, precor, flere:
Nolo te dolere,
Sat queunt tui dolores
Meum cor torquere.

Joseph, Proli dulci
Frigus igne mulci,
Frigidi nam Eius artus:
Stabulumque fulci!

Illum salutemus,
Deum adoremus,
Tam misellum paupe-
frémque
Mundo praedicemus!

Proles adoretur,
A nobis ametur!
Tanta pro humilitate
Honos Illi detur!

LECTORIBUS MINIMIS.

Inter nubila Phoebus. (locosa.)

Ex libro Francisci Mező dr. qui inscribitur «Háborús adómák» convertit Iosephus Tóth dr. (Pestszentlőrinc).

1. *Hussarus et pedes.* In campo militari centuria nostra turmam² pedibus euntem praeterit. «Frater, ubi est eques tuus?» — interrogat unum ex equitibus tubicen³ centuriae irridens. «Sume speculum,⁴ in eo videbis» — respondetur.

2. *Opinio falsa.* Cenare vult succenturio⁴ superior,⁴ sed etiam in luce receptaculi⁵ obscura sentit ligulam⁶ sordidam esse. Advocat ergo militem⁷ gregarium: ⁷ «Ludovicus, qualis est haec ligula? Terge⁸ statim!» Gregarius: «Quaeso, porri ge mihi, parvo momento tergeo, dicens in manus sumit ligulam, postea in funda⁹ bracarum⁹ suarum manum inserit, extrahit sudarium¹⁰ sordidissimum, quo statim ligulam terere coepit. «Heu, bombax,¹¹ — clamitat succenturio superior, — mente¹² captus es¹² sudario tuo

¹ címe = Titel = titre ² szakasz, csapat = Schwadron = escadron ³ trombitás = Trompeter = trompette ⁴ tükör = Spiegel = miroir ⁵ főhadnagy = Oberleutnant = lieutenant ⁶ fedezék = Unterstand = refuge, abri ⁷ kanál = Löffel = cuillère ⁸ közlegény = Gemeiner = troupiere ⁹ letöröl = abwischen = essuyer ¹⁰ nadrággzseb = Hosentasche = poche du pantalon ¹¹ zsebkendő = Taschentuch = mouchoir ¹² ámennyező = potztäusend = tonnerre! ¹³ megbolondultál = verrückt = fou

tergens ligulam meam?» «Pro¹³ nihilo¹³ ducas¹³, domine succenturio superior, — respondet Ludovicus subridens, — ceterum cras sudarium inter lavandaria¹⁴ venit.»

3. *Utrum est pretiosius?* Miles quidam vendidit ligulam suam, non magno,¹⁵ tantum tribus cigarulis. Ante receptaculum meum facta est pactio et etiam ego audiebam. Cum iam de ea re inter eos convenit,¹⁶ egressus sum et interrogavi puerum: «Cur quidem vendidisti ligulam? Quomodo ius¹⁷ post hac sumis?» Responsum inopinatum tuli:¹⁸ «Vendidi, domine succenturio, quia non habebam cigarulum. Edere etiam sine ligula possum, sed cigarulo frui non possum sine cigarulo!»

4. *Collegae.* Succenturio superior legionis nostrae elegantissimus nonnullos menses Posonii subsidiarius¹⁹ agebat. Ut vestiarium²⁰ suppleret, sartorem²¹ iussit²² sibi bracas pulcherrimas facere.²² Vestimentum summo artificio factum vespera apportavit opifex, quod mane apparuit haudquam aptum esse. Forte meridie via principali sartor et succenturio superior conveniunt, qui iam e longinquu hilariter salutat sartorem: «Salve, domine collega!» — «Si mihi sciscitari licet, quomodo sim ego collega tuus, domine?» — rogat sartor demissus²³ et stupens. Quia nec tu calles²⁴ bracas facere, sicut ego! — respondit succenturio.

¹³ sebaj = machen Sie sich nichts daraus = ne vous en faites pas ¹⁴ szennyes, mosás = Wäsche = lessive ¹⁵ drágán = teuer = cher ¹⁶ megegyeztek = einig werden = convenir de ¹⁷ leves = Suppe = potage ¹⁸ accepi ¹⁹ tartákosként = in der Reserve = en réserve ²⁰ ruhatár = Garderobe = garde robe ²¹ szabó = Schneider = tailleur ²² csináltat = machen lassen = faire faire ²³ szerényen = bescheiden = modeste ²⁴ scis

1. Magister explicat, quomodo Deus omnipotens suis creaturis invalidis caveat.¹ Enumerat exempli causa: homines caeci² sunt excellentes auditu, surdi³ acri videndi sensu sunt, etc. Adhortatur discipulos, ut alia quoque exempla dicant. Unus ex discipulis dicit: Homini, qui alterum pedem breviorem habet, alter pes longior est.

2. Magister explicat: in Luna quinque decies milia hominum habitant. Discipulus stultus ridens exclamat: Quam conferta⁴ ibi turba⁴ esse debet tempore lunae dimidiatae!

3. Puer piger patri queritur⁵ se a magistro semper vexari, ideo nolle in scholam ire. Pater intelligit querimoniam filii et pueri consolandi causa cum eo ambulatum it. Occurrit iis magister et mirans quaerit: «Cur non fuisti hodie in schola?» — Puer queribundā voce dicit patri «Vides-ne, nunc quoque vexat me!» Dasia Sztijas disc. Angelani B.

¹ gondoskodik = sorgen = avoir soin de ² vak = blind = aveugle ³ siiket = taub = sourd ⁴ tolongás = Gedränge = bousculade ⁵ elpanaszolja = sich beklagen = se plaindre ⁶ vigasztalása végett = um zu trösten = pour consoler

Imperator macer et monachus pinguis. ⁽²⁾

— Ea de causa desperare potuisti? — interrogat peregrinator. — Nunquam malum maius te attigerit! Nunc ibo ad imperatorem, respondebo ad interrogata, sed togam tuam cucullatam¹² da mihi! — Vestimentis statim commutatis, peregrinator in

domum regiam abiit et extemplo ad imperatorem ductus est. «Indecorum esse cogitabam imperatorem remorari, — inquit peregrinator — adveni igitur responsurus.»

— Audacissimus es, monache — inquit ille — sed si iam advenisti, audiam, quid respondeas ad primum interrogatum?

— Undetriginta nummis¹³ argentis¹³ te vendam, — respondit peregrinator — quamquam tu magni pretii es, tamen minus pretiosus es, quam Dominus noster, Jesus Christus, qui triginta argentis signatis venditus est.

— Hoc responsum non est malum, sed quid respondeas ad secundum interrogatum?

— Si terram equo celerrimo circumvehi cupis, maiestas, sole oriente profectus, semperque cum sole iens, tu quoque ipse 24 horis terram circumibis.

Imperator id quoque probat. Bonum est, — putavit — sed quid tertio dices?

— Tu, Maiestas, cum mecum confabularis,¹⁴ valde erras. Tu enim me illum monachum pinguem esse censes, ego autem peregrinator sum, cui monachus calamitatem suam enarravi. Vestimentis commutatis ego equidem ad interrogata responsurus in regiam veni. En, hic sum, Domine Serenissime, exspectoque iudicium tuum.

Imperator valde mirabatur. Tum sapientia peregrinatoris intellecta homini aliiquid donare decrevit.

— Quid tibi cupis praemium maxima tuae sollertia?¹⁵

«Id unum te rogo, da veniam huic misello monacho.» Imperator, quamquam non libenter, vitam monacho condonavit, neque postea homines pingues in regno suo vexavit.

Angela Komlós disc. Ursulani (Scarabantiae).

¹² csuklyás = mit Kapuze = encapuchonné ¹³ ezüst = pénz = Silbermünze = monnaie d'argent ¹⁴ cseveg = plaudern = causer ¹⁵ találékonyság = Schlagfertigkeit = présence d'esprit

C. Kisfaludy: Pulchra terra patria...

Pulchra terra patria, te
Denuo conspiciamne?
Qua consisto, quoque meo,
Ubiunque te video.

Avem, si qua volat ad me,
Rogo, domus vigeatne,
Rogo nubesque errantes,
Rogo ventos susurrantes.

Non leniunt cordis morbum,
Relinquent me tristem orbum,
Tristi corde orbus sum, o!
Ut planta in saxo summo.

Übi natus sum, tu, casa,
Heu, quam procul abes, cara
Proiectus sum, ut folium
Turbinis est ludibrium.

Vertit Rob. Frankl disc. Mátyásföldinensis.



LECTORIBUS MAIORIBUS

Librorum recensio.

Kardos Tibor. A magyarság antik hagyományai (Graecae et Romanae antiquitatis in Hungaria memoria et monumenta) Budapest, Parthenon. Franklin-Társulat 1942. Pag. 93. Pret. 3.20 P. — Tiberius Kardos, renatarum litterarum in Hungaria studiosissimus ac peritisimus investigator hoc libello memoriam et vestigia Graecae Latinaeque antiquitatis per saecula historiae nostrae persequens luculente et evidenter edisserit, quae ratio inter quamvis perfectam, absolutam, terminatam, attamen post mortem quoque vigentem et nationem recentem et novellam intercedat, quomodoque antiquitatis Graecae et Latinae ingenio ac mente Hungarorum cultura egerminare, increscere suique sibi conscientia fieri incepert et qua ratione Hungari antiquitatem Graecam et Latinam suam assimilaverint atque — id quod Tib. Kardos usquequa praedicavit — animum Romanum et Hungaricum inter se germanitatis nexus coniunctum esse neque litteris Latinis Hungaricarum in dolem esse obliteratam vel etiam deletam, immo virtutes, quae iis innatae essent, evolutas et explicatas esse liquido confirmat. Iam vero historiae nostrae quattuor aetates percensens exponit primā earum viros clericos id est litteratos hereditatem in Pannonia et Dacia relictam adisse, temporibus deinceps seculis poetas et viros doctos ex litterarum Latinarum Graecarumque fonte ad opera sua condenda spiritum hausisse, aetate vero, quae renatas litteras subsequetur, litteras Hungaricas Latine scriptas mentem redolere Hungaricam et ingenio Hungarorum esse accommodatas; temporibus denique renovati sermonis Hungarici cum lingua Hungarica paene mortua revixisset, eruditionem Latinam in orbem angustiorem quidem coartatam, sed litteris Graecis esse ditatam. Inter huius libelli multos et floridissimos locos is mihi imprimis arridet, quo in poesi Vörösmartyana spiritus antiquus spirare demonstratur. Extremis libelli paginis, uberrimus librorum, quibus scriptor usus est, index est adjectus. Opusculo hoc cuius vivida et iucunda oratione legentes devincuntur, legendo multos litterarum amatores allectum et delenitum iri haud dubie speramus.

Car. Ács Bp.

Per lo studio e l'uso del latino. Bollettino internazionale Anno IV. N. 1. Roma. Pag. 1—52. Summarium huius ephemericis sumptibus Instituti Regii Studiorum Romanorum editae: *Dalmasso*: Multa renascentur. — *Previale*: Latinum in scholis Protectoratus Bohemici. — *Serov*: Latinum in Bulgaria. — *Gigli*: De nova editione Lexici Forcelliniani. — Conventus Centrum Nationale latinitatis didacticum constituenda causa. — Relatio de Dictionario latino mediae aetatis. — Relatio de eventu certaminis poetici latini Ruspantini. — *Ferretti*: Latinitas lingua viva. — Fiat latinitas lingua diplomatica. — Lingua latina peregrinationem promovens. — Omnibus latinitatis amicis hanc ephemeredem perimpense commendamus.

JUVENES. Haud pauci vestrum brevi tempore in tractatorio (tabulario, computatorio) munere fungentur. Ruri commorantes multum utilitatis percipiunt ex habendis exercitationibus scribendi in machina, quarum ope quisvis celeriter ac faciliter nec non perfecte modum *Scribendi* (ad regulam et normam!) *In Machina* — domi discere potest... Has exercitationes composituit Bela Iosephus Galambos (Budapestini), cuius gyrus aerarii comparisorum postalium: 46231. Per solvendum 1.— P postulari possunt exercitationes: Hungaricae. — Per solvendum vero 2.— P: Hungarice—Germanice.

AENIGMATA.

Solutiones aenigmatum numeri II (m. Oct.): 1. es, res, ires, vires. — 2. Apor, pace, octo, reor. — 3. Canis, ages, nec, is, s. — 4. Coriolanus. — 5. Ora, Veni. Inter. Dum. Ira. Urbi. Sic. = Ovidius. — 6. Crescit amor nummi quantum ipsa crescit.

7. *Insula Budensis tumulum hunc post plurima rerum Facta dat et divae virginis aede tegit.*
Feliz est hosti, qui damna accepta rependit,
Pro patria et tutor cuncta pericla subit.

8. *Ora. Vir. Improbi. De mortuis. Inter arma. Unus Si vis. Nemo Alea. Si tacuisse. Operam = Ovidius Naso.* — 9. *Ad libram:* 1. Ordo est anima rerum. 8. Reor. 9. Sevi. 10. Agmen. 11. Nam. 12. Enim. 13. Aura. 14. Tonus. 16. Ser. 17. Osci. 19. Ac. 21. Arbor. 23. Bocula. 24. Ora. 25. Assum. *Ad perpendicularum:* 1. Ora et labora. 2. Regno. 3. Domino. 4. Oremus. 5. SS. 6. Tenus. 7. Avare. 15. Scala. 18. Iras. 20. Cor. — 10. Ab urbe condita libri CXL. — 11. A-dama-s. — 12. 1. Ingrate. 2. Irascor. 3. Atropos.

Aenigmata recte dissolverunt ex 33 scholis 237 discipuli. Praemium ab Societate Mag. Cath. Med. Sch. donatum sorte obvenit: *Guillelmo Sándly* et *Gabrieli Reinitz* (Berzsenyianum: ex 74 discipulis), *Violae Volkmann* (Angelanum: 30), *Petro Horn* (Eötvösianum: 16), *Evae Brámer* (Veresianum: 10 d.), *Iulio Vállay* (gymn. Cisterc.: 9), *Editha Szentgyörgyváry* (Sóhianum: 5), *Stephano Feuer* (Toldyanum: 2), *Dionysio Wellisch* (Sch. Piae: 2), *classi VI-ae* (Margaretheum), *Claudio Tircza Budapestinensis*, *Elisabethae Bagossy* (M.-Varadinensi (thygatrogymn. conf. Helv.: 14); *Ioanni Öze Szentesiensis* (12); *Irenae Rákóczi* Mezőturiensi (8); *Francisco Jobban Gyöñkensi*; *Cœre Pia Scarabantinae* (Ursulanum: 6); *Nicolao Csics Szege-dinensi* (Klaузalianum: 5); *Stephano Tircsi Quinque-ecclesiensi* (gymn. Cisterc.: 4); *Ernesto Keller Dombovariensi* (2); *Ioanni Györy Agriensi* (gymn. Cisterc.: 2); *Stephano Hermann Alba-Reginensi* (Yblianum: 2); *Roberto Frankl Mátyásföldiensi*, *Friderico Kreiner M.-Canissiano*, *Mariae Böhm Zalaegerszegiensi*. Fortuna non favit discipulis Budapestinensis (gymn. IPEA, Ladistainum, Elisabethum) Gyöngyösitanibus, Jászberényiensibus (2), Kispestiensibus, Claudiopolitanis, Makonensibus, Papaensibus (15), Pestszentlőrciensibus.

1. Quadratum magicum.

1	2	3	4	A A A C	1. Cognomen Ovidii.
1				N O O S	2. Instrumentum suendi.
2				S S S S	3. Pronomen possessivum.
3				S U U U	4. Partes corporis durissimae.
4					

Ioannes Bak disc. Berzsenyiani Bp.

2. Pyramis.

1	Consonans.
2 1	Pars vultus.
3 2 1	Pronomen personale.
4 3 2 1	Patres parentum.
5 4 3 2 1	Diligentes, industrios.
6 5 4 3 2 1	Laboriosos, strenuos.
7 6 5 4 3 2 1	Inertes, desidiosos.

Philippus e com. Merán disc. Piani (Pécs).

3—5. Aenigmata iocosa.

IM = iii	C mus	LL
<i>Zoltanus Gaál</i>	<i>Frid. Kreiner</i>	<i>Ervinus Rafael</i>
disc. Maurini (Pápa)	disc. Sch. Piarum	disc. Unit. gymn. (Nagykanizsa.)

6. *Numerus sororum et fratum.*

Puer interrogatus, quot sorores habeat, respondet: «Tot sorores habeo, quot fratres.» Soror autem interrogata, quot fratres habeat, respondet: «Fratrum alterum tantum habeo, quantum sororum.» Quot igitur erant sorores et fratres? *Elemerus Kontor* disc. *Astricini* (Sopron).

7. *Ex sententiis.*

- . . . domus, magna quies.
- . . . et altera pars.
- . . . faciunt idem, saepe non est idem.
- . . . feceris, ita metes.
- . . . ad astra.


Expletis his sententiis litterae initiales flumen Romanum indicant.

Aladarus Gajáry disc. *Mariani* (Csíkszereda).

8. *Numeris.*

- | | |
|--------------------------------------|------------------------------------|
| 1, 2, 10, 4, 13 | Nascor, originem duco. |
| 11, 8, 7, 14, 15 | Alter parentum. |
| 17, 12, 9, 5 | Sole oriente, multo ante meridiem. |
| 7, 14, 2, 11, 10, 9, 16, 6 | Finis, limes. |
| 6, 14, 3 | Coniunctio adversativa. |
| 10, 5, 16, 16, 6 | Nomen Christi. |
| Litterae 1—17 proverbium notum dant. | |


Andreas Lichtmann disc. *gymn. Hebr.* (Debrecen)

9. *In modum catenae.*

Has syllabas connectamus:
sta, tor, men, pis, sa, por, cis, cus,
ut binis fiant nomina,
quae poscit haec sententia:

- 1—2. Hic solemus res ponere.
- 2—3. Haec vox solet coniungere.
- 3—4. Cenam de hac comedimus.
- 4—5. Hunc ut patrem sic colimus.
- 5—6. Hunc sentis tu fatigatus.
- 6—7. Datur nobis ab hoc lardus.
- 7—8. Qui videt hoc telum, cavit.
- 8—9. Has bestias mare habet.

Ernestus Hidvégi disc. *gymn. conf. Helv.* Bp.


10—11. *Ad saltum equulei.*

Maria Házay disc. *Ursulani* (Sopron).

12. *Acrostichum.*

. alum	. ana	. ivus	. aput
. sse	. xor	. ngens	. nus
. odus	. agnus	. ertius	. ullus
. stium	. ax	. vunculus	. olus
. ector	. egnum	. ipa	. gricola
. gitur	. ger	. tiliis	. rgo
. vus	. tiam	. édicus	. ibi
. omulus	. emplum	. pse	. empus
. nim	. duco	. Itimus	

Litterae initiales recte inventae sententiam pulchram dant.
Mariha Bárdos disc. *Veresiani* Bp.

13. *Aenigma quinquangulare.*

Si in parvis circulis singulas litteras recte locaveris, in quinquangulis ordine haec indicabuntur: 1. Urbs Arcadiae. 2. Verbum salutandi. 3. Urbs Thraciae. 4. Animal timidum ex fabula Phaedri notum. 5. Caupona plebeia.

Ioannes Szendrei disc. *Maconensis.*

Nota. Lectoribus minimis: 1—7, mediis et maioribus 8—13. — Discipuli eiusdem scholae solutiones a magistro suo collectas in communis involucro epistulae ad moderatorum *J. Wagner* (*Budapest, XI, Lágymányosi-utca 20.*) mittant. (Egy-egy iskola tanulói rejtvénymegfejtéseket közös borítékban küldjék be a szerkesztősége.)

Certamen Corrigendi (vide pag. 10 m. Oct. prorogatur: novus terminus Calendae Januariae.

Epistolia officialia.

Corrigenda numeri 3 (m. Nov.): pag. 24: Eva Nemes et Catharina Szécsi non Theresiani sunt discipulae, sed altera Elisabethei, altera Veresiani. — pro «cano capitii» lege: cano capite. — pro «homines» lege: homines. — *I. Szendrey.* Editio nova vocabularii hungarici — latini nondum sub pretium missa est. — Discipulae classis V-ae Angelani Bp. praenomen suum obliiti sunt indicare. Cur? — Abiturientes Papaenses, qui anno praeterito complura aenigmata solvere potuerunt, nunc bina tantum aenigmata solvendo tamen praemium accipere cupiunt. Sed quod licet lectoribus minimis, non licet maioribus. Nam Hesiodus dixit: Tés aretés hidróta theoi proparothen ethékan. — Salutamus novos lectores Eötvösianni magistrumque *Iosephum Szaiber*. — Item *Te, Roberte Frankl*, laudo, qui post discessum magistri societati lectorum IUVENTUTIS praees. Sic itur ad astra. — Mense Novembri 37 magistri discipulique tot opuscula ad me miserunt, ut pondus manuscriptorum in loculis mensae meae scriptoriae iacentium 4 chilogrammata superaret. Quae cum ita sint, nescio, utrum gaudeam, an desperem! — *Chr. Hites* et *G. Fekcs* Salutamus vos discipulosque diligentes Iuvehtutis amantes. Valete!